



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio L. De speciebus prudentię, quę sunt ad multitudinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

circumquaque; & vti-  
tali vifione applican-  
do ad vitandum ma-  
la. Vnde in circumfpe-  
ctos dicimus, qui  
non vident circum-  
quaque; incautos ue-  
ro, qui licet circum-  
fpeciant omnia, non  
tamen student, vt vi-  
tent mala, quae praeui-  
dent. Et per hoc fo-  
lorio omnium pate-  
ret, nisi obfaret, quod  
author circumfpectionem  
ad applicationem pertine-  
re pofit: & ideo  
fola prior folutio  
consona auctori ui-  
deatur.

QVAESTIO L.

De partibus fubiectionis prudentiae, in  
quatuor articulos diuifa.

¶ Super Quaestione  
quingagefima articulum  
primum.

**I**N quaest. 50. art. 1.  
dubium occurrit  
circa illud dictum,  
fcilicet quod leges  
ponere non conue-  
nit aliis principibus,  
& populo, nisi  
fecundum quod parti-  
cipant aliquid de re-  
gimine regio. Vide-  
tur enim oppositum,  
quia rex participat  
populum, & non e-  
tra: quoniam rex fit  
naturaliter a populo,  
& rex quasi gerens  
vicem totius populi,  
leges ponit.

¶ Ad hoc dicitur, quod  
licet prima facie vi-  
deatur distinguendum,  
& dicendum quod  
regimen regum, &  
populare comparatur  
duplitter, scilicet ordine  
formali: & sic cum  
perfectiora in entibus  
sint exemplaria imper-  
fectionum, regimen  
regum, utpote  
perfectissimum, est  
exemplar omnis  
regiminis, ac per  
hoc in litera dicitur  
quod alii principatus,  
etiam popularis,  
intantum leges ponunt,  
inquantum participant  
regimen regum: uel ordine  
generationis, & sic re-  
gimen populare fecundum  
actum electionis est  
primum regimine regis,  
vt obiciendo dicitur:  
Sed si diligenter  
consideretur, quod  
electio regiminis non  
est pars regiminis,  
sed primum ad omnem  
speciem regiminis,  
ad electionem fcilicet  
quidem populi fpec-  
tat fecundum natura-  
lem, an populare,  
an optimatum, an  
regum fit futurum  
regimen, manifeste

Supr. q. 48.  
ar. vii. cor.  
Et 3. dif. 33.  
q. 3. ar. 1. q. 4

Li. 5. cap. 6.  
a. med. to. 5.

Lib. 3. Poli.  
cap. 5. to. 5.

Lib. 5. Ety-  
mol. ca. 10.  
† Li. 6. ca. 8.  
paulo a pri-  
cip. tom. 5.

Lib. 3. ca. 7.  
post. mediu  
tom. 5.

q. 47. art. 8.

**O**STEA considerandum  
est de partibus fubiectionis  
prudentiae. Et quia de  
Prudentia, per quam aliquis regit fe-  
ipsum, iam dictum est, restat nunc  
dicendum de speciebus prudentiae,  
quibus multitudo gubernatur.  
CIRCA quas quaeruntur quatuor.  
¶ Primo, Vtrum lex positua de-  
beat poni species prudentiae.  
¶ Secundo, Vtrum politica.  
¶ Tertio, Vtrum oeconomica,  
¶ Quarto, Vtrum militaris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum regnatiua debeat poni species  
prudentiae.

**A**D PRIMVM sic proceditur:  
Videtur, quod regnatiua non  
debeat poni species prudentiae. Re-  
gnatiua enim ordinatur ad iustitiam  
conferuandam, dicitur enim in  
5. Ethic. quod princeps est custos ius-  
ticiae, ergo regnatiua magis perti-  
net ad iustitiam, quam ad prudentiam.

¶ 2. Praet. Secundum Philosophum in 3.  
Poli. regnum est vna fex fpecierum  
politiarum: sed nulla species pru-  
dentiae fumitur fecundum alias quin-  
que politias, quae sunt aristocra-  
tia, timocratia, tyrannis, oligocra-  
tia, democratia, ergo nec fecundum  
regnum debet sumi regnatiua.

¶ 3. Praet. Leges ponere non folu  
pertinet ad reges, sed etiam ad  
quosdam alios principatus, & et  
ad populum, vt patet per Iud. in  
lib. Ety. mol. sed Philosophus in 6. Ethic.  
ponit legi positiuam partem pru-  
dentiae. inconuenienter ergo lo-  
co eius ponitur regnatiua.

**S**ED CONTRA est, quod Phi-  
lof. dicit in 3. Polit. quod pru-  
dentia est propria virtus princi-  
pis. ergo fpecialis prudentia de-  
bet esse regnatiua.

**R**ESPOND. Dicendum, quod  
ficut ex fupra dictis patet, ad pru-

dentiam pertinet regere, & preci-  
pere: & ideo vbi inuenitur fpe-  
cialis ratio regiminis, & praecipi  
in humanis actibus, ibi etiam in-  
uenitur fpecialis ratio prudentiae.  
Manifestum est autem, quod in  
eo, qui non folum feipsum habet  
regere, sed etiam comunitem  
perfectam ciuitatis, vel regni, in-  
uenitur fpecialis & perfecta ratio  
regiminis. Tanto enim regimen  
perfectius est, quanto vniuerfali-  
us est ad plura fe extendens, &  
vltiore finem attingens: & ideo  
regi, ad quem pertinet regere ci-  
uitatem, vel regnum, prudentia  
competit fecundum fpecialem &  
perfectiffimam fui rationem. Et  
propter hoc regnatiua ponitur  
fpecies prudentiae.

**A**D PRIMVM ergo dicendum,  
quod omnia, quae funt virtutum  
moralium, pertinent ad pruden-  
tiam, ficut ad dirigentem: vnde & ratio  
dentiae ponitur in diffinitione virtutum,  
fupra dictum est. Et ideo etiam exco-  
prout ordinatur ad bonum comunem  
net ad officium regis, indiget directione.  
Vnde iftae duae virtutes funt maxime  
obiciuntur.

**H** fcilicet prudentia, & iustitia, fecundum  
Regnabit rex & fapiens erit, & factio-  
fstitiam in terra. Quia tamen dirigentem  
ad regem, exequi autem ad fubditos:  
ua magis ponitur fpecies prudentiae, qua-  
ua, quam iustitia, quae est executiua.  
**A**D SECVDVM dicendum, quod regni  
politias est optimum regimen, vt dicitur  
Et ideo fpecies prudentiae magis debeat  
ri a regno, ita tamen quod fub regna-  
hendantur omnia alia regimina recte,  
peruerfa, quae virtuti opponuntur, non  
nent ad prudentiam.

**A**D TERTIVM dicendum, quod Phi-  
lof. dicit in 3. Polit. quod regnatiua  
tuua a principali actu regis, qui est leges po-  
nere, non conueniat alijs, non conuenit, non  
quod participant aliquid de regimine.

ARTICVLVS II.

Vtrum politica conuenienter ponatur  
pars prudentiae.

**A**D SECVDVM sic procedit.  
Vt, quod politica inconuenienter  
ponatur pars prudentiae. Regnatiua  
ua. n. est pars politicae prudentiae,  
vt dictum est: sed pars non deit diu-  
di cotra totum, ergo politica non  
debet poni alia fpecies prudentiae.

¶ 2. Praet. Species habituum diffin-  
guuntur in diuerfa obiecta: sed  
eadem funt, quae oportet regnati-  
fcipere, & fubditu exequi, ergo  
politica fecundum quod pertinet  
ad fubditos, non deit poni fpecies  
prudentiae diffincta a regnatiua.

¶ 3. Praet. Vniufcuique fubditoru  
est fingularis psona, sed qualibet  
fingularis psona feipfam fuffi-  
cienter

cienter dirigere potest per prudentiam communi- ter dictam. ergo non oportet poni aliam speciem prudentiae, quae dicatur politica.

SED CONTRA est, quod Philos. dicit \* in 6. Ethic. Eius autem quae circa ciuitatem, haec quidem archi- tectonica prudentia legis positiua: haec autem com- mune nomen habet politica, circa singularia, existens.

RESPON. Dicendum, quod seruus per imperium mo- nentur a domino, & subditus a principante, aliter ta- men quam irrationabilia, & inanimata moueantur a suis motoribus. Nam inanimata, & irrationabilia aguntur solum ab alio, non autem ipsa agunt seipsa, quia non habent dominium sui actus per liberum arbitrium: & ideo relictum regimini ipsorum non est in ipsis, sed solum in motoribus. Sed homines serui, vel quicumque subditi, ita aguntur ab alijs p[er]ceptum, quod tamen agunt seipsos per liberum ar- bitrium: & ideo requiritur in eis quaedam relictio regimini, per quam seipsos dirigant in obediendo principantibus. Et ad hoc pertinet species pruden- tiae, quae politica vocatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dictum est, regnatiua est perfectissima species prudentiae: & ideo prudentia subditorum, quae deficit a prudentia regna- tiua, retinet sibi nomen commune, ut prudentia di- catur: sicut in logicis conuertibile, quod non signifi- cat essentiam, retinet sibi commune nomen proprium.

AD SECVNDVM dicendum, quod diuersa ratio obiecti diuersificat habitum secundum speciem, ut ex supra dictis patet. Eadem autem agenda consi- derantur quidem a rege secundum vniuersaliorem rationem, quam considerentur a subdito, qui obe- dit. Vni enim regi in diuersis officijs multi obe- diunt: & ideo regnatiua comparatur ad hanc politi- cam, de qua loquimur, sicut ars architectonica ad eam, quae manu operatur.

AD TERTIVM dicendum, quod per prudentiam communiter dictam regit homo seipsum in ordi- ne ad proprium bonum: per politicam autem, de qua loquimur, in ordine ad bonum commune.

Super Quaestiones quinquagesime Ar- ticularum tertium.

In responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud, scilicet, peccator non potest prouide se habere ad totum bene viuere domesticae conuersationis, cum quia non magis exigitur virtuositas vita ad totum bene viuere secundum civilem conuersationem, quam secundum domesti- cam quia ad bene habere secundum domesticam conuersationem, sufficit filijs suis, vxori &c. quantum ad se arti- mes, bene se habere. Sic autem bene se habere distinguitur contra bene se habere simpliciter, ut patet 1. Polit. ex cap. penult.

Ad hoc dicitur, quod dictum aucto- ritate intelligendum est

ARTICVLVS III.

Utrum oeconomica debeat poni species prudentiae.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod oeconomica non debeat poni species prudentiae. Quia ut Philos. dicit \* in 6. Ethic. prudentia ordinatur ad bene viuere totum: sed oeconomica ordinatur ad aliquem particularem finem, scilicet ad diuitias, ut dicitur in 1. \* Ethic. ergo oeconomica non est species prudentiae.

¶ 2 Præ. Sicut supra habitum est, prudentia non est nisi bonorum: sed oeconomica potest etiam esse malorum, multi enim peccatores prouidi sunt in gubernatione familiae: ergo oeconomica non debet poni species prudentiae.

¶ 3 Præ. Sicut in regno inuenitur principans, & subditus, ita etiam in domo: si ergo oeconomica est species prudentiae, sicut & politica, deberet etiam paterna pruden- tia poni, sicut & regnatiua: non au-

tem ponitur, ergo nec oeconomi- ca debet poni species prudentiae. SED CONTRA est, quod Philos. dicit in \* 6. Ethic. quod illarum, scilicet prudentiarum, quae se habent ad regimen multitudinis, haec quidem oeconomica, haec autem legis- positiua, haec autem politica.

RESPON. Dicendum, quod ra- tio obiecti diuersificata secundum vniuersale, & particulare: uel se- cundum totum, & partem, diuersificat artes, & virtu- tes, secundum quam diuersitatem vna est principalis respectu alterius. Manifestum est autem, quod domus me- dio modo se habet inter unam singularem personam, & ciuitatem, vel regnum. Nam sicut vna singularis persona est pars domus, ita vna domus est pars ciuitatis, vel regni: & ideo sicut prudentia cõiter dicta, quae est regnatiua vnius, distinguitur a politica prudentia, ita oportet, quod oeconomica distingatur ab vtraque.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod diuitiae comparantur ad oeconomica non sicut finis vltimus, sed sicut instrumenta quaedam, ut dicitur in \* 1. Polit. Finis autem vltimus oeconomice est totum bene viuere secundum domesticam conuersationem. Philos. autem \* in 1. Ethic. ponit, exemplificando, diuitias finem oeco- nomicae, secundum studium plurimorum.

AD SECVNDVM dicendum, quod ad aliqua particu- ria, quae sunt in domo disponenda, possunt aliqui peccatores prouide se habere: sed non ad ipsum to- tum bene viuere domesticae conuersationis, ad quod praecipue requiritur vita virtuosa.

AD TERTIVM dicendum, quod pater in do- mo habet quandam similitudinem regij principa- tis, ut dicitur \* in 8. Ethic. non tamen habet perfec- tam potestatem regimini, sicut rex: & ideo non ponitur separatim potestas paterna, species pruden- tiae, sicut regnatiua.

ARTICVLVS IIII.

Utrum militaris debeat poni species prudentiae.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod mi- litaris non debeat poni species prudentiae. Pruden- tia enim contra artem diuiditur, ut dicitur in \* 6. Eth. sed militaris videtur esse quaedam ars in rebus bellicis, sicut patet per Philos. in \* 3. Ethic. ergo mili- taris non debet poni species prudentiae.

¶ 2 Præ. Sicut militare negotium continet sub politico, ita etiam & plura alia negotia, sicut mercatorum, artifi- cum, & aliorum huiusmodi: sed secundum alia nego- tia, quae sunt in ciuitate, non accipiuntur aliqua species prudentiae: ergo et neque secundum militare negotium.

¶ 3 Præ. In rebus bellicis plurimum valet militum fortitudo: ergo militaris magis pertinet ad fortitu- dinem, quam ad prudentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouer. 24. Cum dispositione inuit bellum, & erit salus, ubi sunt mul- ta consilia: sed consilium pertinet ad prudentiam. ergo in rebus bellicis maxime necessaria est aliqua spe- cies prudentiae, quae militaris dicitur.

RESPON. Dicendum, quod quae secundum artem, & rationem aguntur, conformia esse oportet his, quae secundum naturam, quae a ratione diuina sunt instituta. Natura autem ad duo tendit. Primum quidem ad regen- dam vnamquamque rem in seipsa: secundum vero ad res- sistendum extrinsecis impugnantibus, & corruptiuis. Et propter hoc non dedit solum animalibus vim concupi- scibilem,

de patrefamilias, cuius est prouidere: propter quod dicitur, prouide se habere. Oportet enim patrem familias esse bonum virum, sicut & prin- dem ciuitatis eadem ratione.

In articulo quarto nihil aliud scriben- dum occurrit.

Lib. 1. ca. 5. & 7. to. 5. Li. 1. Ethic. cap. 1. to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Locis supr. art. 3. notat. Li. 6. Ethic. cap. 3. 4. & 5. tom. 5. \* Cap. 5. in nuntur, & li. 1. Ethic. ca. 1. & 2. tom. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.

Li. 8. ca. 10. pars a me- dio, to. 5.



scibilem, per quam moueantur ad ea, quae sunt salu-  
ti eorum accommodata, sed etiam vim irascibilem,  
per quam animal resistit impugnantibus. Vnde &  
in his, quae sunt secundum rationem, non solum  
oportet esse prudentiam politicam, per quam dispo-  
nantur conuenienter ea, quae pertinent ad bonum  
commune, sed etiam militarem, per qua hostium  
insultus repellantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod militaris po-  
test esse ars, secundum quod habet quasdam regulas  
vtendi quibusdam exterioribus rebus, puta, armis,  
& equis: sed secundum quod ordinatur ad bonum  
commune, habet magis rationem prudentiae.

AD SECVNDVM dicendum, quod omnia nego-  
tia, quae sunt in ciuitate, ordinantur ad aliquas par-  
ticulares utilitates: sed militare negotium ordinatur  
ad tuitionem totius boni communis.

AD TERTIVM dicendum, quod executio mi-  
litaris pertinet ad fortitudinem: sed directio ad pru-  
dentiam, & praecipue secundum quod est in duce  
exercitus.

QVAESTIO LI.

De Virtutibus adiunctis prudentiae, in  
quatuor articulos diuisa.



OSTEA consideran-  
dum est de virtuti-  
bus adiunctis prudē-  
tia, quae sunt quasi par-  
tes potētiales ipsius.

ET CIRCA hoc quaeruntur  
quatuor.

¶ Primò, Vtrum eubulia sit virtus.

¶ Secundò, Vtrum sit specialis  
virtus a prudentia distincta.

¶ Tertio, Vtrum synesis sit spe-  
cialis virtus.

¶ Quarto, Vtrum gnomo sit spe-  
cialis virtus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum eubulia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur.  
Vt, quod eubulia non sit virtus.

Quia secundum Augustinum in libro de  
liber arbitrio virtutibus nullus male vitium sed  
eubulia quae est bene consiliatiua,  
aliqui male utuntur, uel quia astu-  
ta consilia excogitant ad fines ma-  
los consequendos, aut est ad bonos  
fines consequendos aliqua pec-  
cata ordinant, puta, qui furatur,  
ut eleemosynam det: ergo eubi-  
lia non est uirtus.

¶ 2 Praet. Virtus perfectio quaedam  
est, ut dicitur in 7. Phys. sed eubi-  
lia circa consilium consistit, quod  
importat dubitationem, & inqui-  
sitionem, quae imperfectionis  
sunt: ergo eubulia non est uirtus.

¶ 3 Praet. Virtutes sunt connexae  
adinuicem, ut supra habitum est: sed  
eubulia non est connexa alijs  
uirtutibus. multi enim peccatores  
sunt bene consiliatiui, & multi

iuisti sunt in consilijs tardi: ergo  
eubulia non est uirtus.  
SED CONTRA est, quod eubi-  
lia est rectitudo consilij, ut Phil.  
dicit in 6. Ethic. sed recta ratio  
perficit rationem uirtutis: ergo  
eubulia est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut su-  
pra dictum est, de ratione uirtutis hu-  
mana est, quod faciat actum homi-  
nis. Inter ceteros autem actus homi-  
nis, proprium est ei consiliari,  
quia hoc importat quandam rationis  
inquisitionem circa agenda, in quibus  
consilium uitae humanae. Nam ut  
ra speculatiua est supra hominem,  
ut dicitur in 10. Ethic. Eubulia autem  
importat bonitatem consilij. De  
n. ab eo: quod est bonum, & bonum,  
quod est consilium, quasi bona  
consiliatio, uel potius bene consi-  
liatiua. Vnde manifestum est,  
quod eubulia est uirtus humana.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod  
non est bonum consilium, siue ali-  
quis malum finem in consiliando  
praesumat, siue est ad bonum finem  
malas uias adinueniat: sicut et in  
speculatiuis non est bona ratio ci-  
natio: siue aliquis falsum concludat,  
siue est concludat uerum ex falsis  
dictis, quia non utitur conuenien-  
ti medio. Et ideo utrumque praedictorum  
est contra rationem eubuliae, ut Phil.  
dicit in 6. Ethic.

AD SECVNDVM dicendum, quod  
est uirtus sit essentialiter perfe-  
ctio quaedam, non tamen oportet, quod  
omne illud quod est materia uirtutis,  
importet perfectionem. Oportet  
enim circa omnia humana per se  
uirtutes, & non solum circa actus  
rationis, inter quos est consilium, sed  
et circa passionem appetitus sensiti-  
ui, quae adhuc sunt multo imper-  
fectiores. Vel potest dici, quod uirtus  
humana est perfectior secundum  
modum hominis, qui non potest  
certitudinem comprehendere ueritatem  
rerum simplicium intuitu simplici,  
& praecipue in agnili-  
libus, quae sunt contingentia.

AD TERTIVM dicendum,  
quod in nullo peccatore, in quantum  
homo, inuenitur eubulia. Omne  
enim peccatum est contra bonam con-  
siliatiuam. Requiritur enim ad be-  
ne consiliandum non solum ad-  
inuentio, uel excogitatio eorum,  
quae sunt opportuna ad finem, sed  
et alia circumstantia. scilicet tempus co-  
gruum, ut nec nimis tardus, nec  
nimis uelox sit in consilijs: & mo-  
dus consiliandi, ut scilicet sit hu-  
mus in suo consilio, & alia hu-  
iusmodi debent circumstantia,  
quae peccatores peccando non ob-  
seruant. Quilibet autem uirtuo-  
sus est bene consiliatiuus in his

1. 2. q. 5. art.  
6. Et 3. dist.  
33. q. 3. ar. 1.  
q. 2. Et 6.  
Ethic. lect. 8.  
& 9.  
\* Lib. 2. de  
liber. arbit.  
cap. 18.

Lib. 7. text.  
17. tom. 2.

1. 3. q. 65.  
art. 1.